

nus inſergeat, aut alteri pro loco arbitrio Ordinary applicetur. Ces-
 cente uero contumacia contra eos iuxta ſacrorum Canonum Conſti-
 tutiones procedat. Quod ſi alicui ex prædictis dignitatibus in Eccle-
 ſiis Cathedralibus, uel Collegiatis de iure, ſeu conſuetudine iuriſdictionis
 adminiſtratio uel officium non competat, ſed extra ciuitatem in Dio-
 ceſi cura animarum imminet, cuius, qui dignitatem obtinet, in-
 cumbere uoluerit, tunc pro tempore, quo in curata Eccleſia reſe-
 derit, ac miniſtrauerit, tanq̄ præſens ſit ac Diuiniſ inter ſit in Ec-
 cleſiis Cathedralibus, uel Collegiatis habeatur. Hæc in ijs tantum Ec-
 cleſiis conſtituta intelligantur, in quibus nulla eſt conſuetudo, uel
 ſtatutum, ut dictæ Dignitates non ſeruientes aliquid amittant, quod
 ad tertiam partem ductorum fructuum ^{et prouentuum} aſcendat. Non obſtantibus
 conſuetudinibus etiam inmemorabilibus, exemptionibus, et conſtatuti-
 onibus, etiam iuramento, et quauis auctoritate firmatis.

Canon iiii

Quicumq̄ in Cathedrali, uel Collegiata ſeculari, uel Regulari Eccle-
 ſia Diuiniſ mancipatus officij in Subdiaconatus ordine ſaltem
 conſtitutus non ſit, uocem in eiuſmodi Eccleſiis in Capitulo non
 habeat: etiam ſi hoc ſibi ab alijs libere fuerit conſeſſum. ſed uero
 qui Dignitates, Perſonatus, officia, Præbendas, Portiones, ac
 quolibet alia beneficia in dictis Eccleſiis obtinent, aut in poſterum
 obtinebunt, quibus onera uaria ſunt annexa, uidelicet ut alij
 Meſſas, alij Euangelium, alij Epitholas dicant ſeu cantent: quo-
 cumq̄ hi priuilegio, exemptione, prærogatiua, generis nobilitate
 ſunt inſigniti, teneantur (niſi impedimentum ceſſante) infra
 annum ordines ſuſcipere requiſitos. alioquin poenas incurſat
 iuxta Conſtat. Cone. Vrennenſis que incipit. ut q̄ qui quam

presenti Decreto innovat. Legantq; Episcopi eos diebus Statuti
dictos ordines per se ipsos exercere, ac cetera omnia officia qua
debent in Divino cultu praestare, sub ysdem, et alijs etiam gra-
vioribus poenis, arbitrio eorum imponendis. Nec alijm postecum
fiat provisio, nisi ys, qui iam aetatem, et coeteras habilitates in-
tegre habere dignoscantur, aliter irrita sit provisio

Canon v.

Dispensationes, quacumq; auctoritate concedenda, si extra
Rom. cur. committenda erunt, committantur Ordinarijs illorum,
qui eas impetrauerint. Ita vero, quae gratis concedentur, sui
non sortiantur effectum, nisi prius ab ysdem, tanq; Delegatis Apo-
stolicis summarie tantum, et extra iudicialiter cognoscatur
expressas preces subreptionis, uel obreptionis uitio non subiacere

Canon vi.

In commutationibus ultimaru uoluntatum, quae non nisi ex iusta
et necessaria causa fieri debent Episcopi tanq; Delegati se-
des Apostolica summarie, et extra iudicialiter cognoscant
nihil in precibus tacita ueritate, uel suggesta falsitate fuisse
narratum, priusq; commutationes praedicta executioni deman-
dentur.

Canon vii.

Legati, et Nuncij Apostolici, Patriarchae, ac Primates, et Me-
ropolitani in appellationibus ad eos interpositis, in quibusuis
causis; tam in admittendis appellationibus, q; in concedendis
inhibitionibus, post appellationem seruare teneantur formam
et tenorem saerarum Constitutionum, et praesentim Innoc.

iii. quae incipit Romana. quaecumq; consuetudine etiam immemorabili, aut shlo, uel privilegio in contrarium non obstantibus, aliter inhibitiones, et processus, et inde secuta quaecumq; sunt ipso iure nulla.

Canon viii.

Episcopi, etiam tanq; sedis Apostolicae Delegati in casibus a iure concessis, omnium piarum dispositionum, tam in ultima uoluntate, quam inter uiuos, sint executores. habeant ius uisitandi Hospitalia, Collegia quaecumq; ac Confraternitates Laycorum, etiam quas scholas, sive quocumq; alio nomine uocant. Non tamen, quae sub Regum immediata protectione sunt sine eorum licentia, Eleemosynas, Montespietatis sive charitatis et pia loca omnia, quomodoecumq; nuncupentur: etiam si praedictorum locorum cura ad Laicos pertineat. atq; eadem pia loca exemptionis privilegio sunt munita, ac omnia quae ad Dei cultum, aut animarum salutem, seu pauperes sustentandos instituta sunt ipsi ex officio suo, iuxta sacrorum Canonum Statuta, cognoscant et exequantur; Non obstante quaecumq; consuetudine, etiam immemorabili privilegio, aut Statuto

Canon ix

Administratores, tam ecclesiastici, quam laici, fabricae cuiusvis Ecclesiae, etiam Cathedralis, hospitalis, Confraternitatis, Eleemosynae, Montespietatis, et quorumcumq; piarum locorum singulis annis teneantur reddere rationem administrationis Ordinario: Consuetudinibus, et privilegijs quibuscumq; in contrarium sublati. nisi secus forte in institutione, et ordinatione talis

Ecclena, seu fabrica expresse cautum esset. Quod si ex consue-
tudine, aut privilegio, aut ex constitutione aliqua loci, alijs ad
id deputatis ratio reddenda esset. Tunc cum his etiam adhibeatur
Ordinarius, et aliter facta liberationes dictis administratoribus mi-
nime suffragentur.

Canon X

Cum ex Notariorum imperitia plurima damna, et multarum
occasio litium oriatur, possit Episcopus quoscumq; Notarios, etiam
si Apostolica, Imperiali seu Regia auctoritate creati fuerint
etiam tamq; Delegatus sedis Apostolicae, examinatione adhibita
eorum sufficientiam scrutari, illiq; non idoneus repertus, aut
quandocumq; in officio delinquentibus, officij eius in negotijs
litibus, et causis Ecclesiasticis ac Spiritualibus exercendi
usum perpetuo, aut ad tempus prohibere. Neq; eorum appella-
tio interdictionem Ordinarij suspendat.

Canon XI

Si quem Clericorum, uel laicorum, quacumq; is dignitate, etiam
Imperiali, aut Regali praefulgeat in tantum malorum omnium
radix cupiditas occupauerit, ut alicuius Ecclesie seu cuiusvis
secularis uel Regularis beneficij Montumpietatis, aliorumq; locorum
locorum, iurisdictiones, bona, census, ac uiva, etiam feudalia et
emphiteotica, fructus, emolumenta, seu quascumq; obventiones
que in ministrorum, et pauperum necessitates conuerti debent
per se uel alios, ui, uel timore incusso, seu etiam per suppositas
personas Clericorum, aut laicorum, seu quacumq; arte, aut quo-
cumq;

cunq; quæsto colore in proprios usus conuertere, illosq; usurpare præsumpserit, seu impedire, ne ab us, ad quos iure pertinent percipiantur: is anathemati tam diu subiaceat, quam diu, in residuones, bona, res, iura, fructus, et redditus quos occupa- uerit, uel qui ad eum quomodocunq; etiam ex donatione suppo- nta persona peruenerint, ecclesia, eiusq; administratori, siue beneficiato, integrè restituerit, ac demde a Rom. Pont. abso- lutionem obtinuerit. Quod si eiusdem ecclesia Patronus fuerit, etiam iure Patronatus, ultra prædictas pœnas, eo ipso priuatus existat. Clericus uero, qui nefandæ fraudis, uel usurpationis huiusmodi fabricator, seu consentiens fuerit, eisdem pœnis subiaceat. necnon quibuscunq; beneficijs priuatus sit, et ad quæcunq; alia beneficia inhabilis efficiatur, et a suorum ordinum executione, etiam post integram satisfactione et absolutionem sui ordinarij arbitrio suspendatur

Decretum super petitione concessionis Calicis publicatum in eadem Sessione vi. sub S. D. N. Pio. P. P. iiii die 17. Sept. 1562

(19)

Insuper cum eadem sacrosancta Synodus superiori Sessione duos articulos alijs propositos, et tum nondum discussos. uiz An rationes, quibus sancta Cath. Ecclesia adducta fuit, ut communicaret laicos atq; etiam non celebrantes sacerdotes sub una panis specie, ita sint retinenda, ut nulla ratione Calicis usus cuiq; sit permittendus. et An si honestis, et Christiane charitati consentaneis rationibus concedendus alicui uel Nationi, uel Regno Calicis usus uideatur sub aliquibus con- ditionibus concedendus sit; et quænam sint illæ: in aliud